



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (*DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS*), postulatione attenta Rev.mi Supremi Moderatoris Societatis Sancti Francisci Salesii, Universitatis Pontificiæ Salesianæ Magni Cancellarii, legitime præsentantis; cum comperit in curriculo triennali v. "Scuola Superiore di Formazione" traditarum disciplinarum rationem canonicis normis conformari et cum diligentia promoveri, petitionem memorati Magni Cancellarii libenter suscipiens, idem

CURRICULUM TRIENNALEM


v. "SCUOLA SUPERIORE DI FORMAZIONE"
in civitate Taurinensi sitæ

Facultati Scientiarum Educationis Universitatis Pontificiæ Salesianæ in Urbe

AFFILIATUM

hoc Decreto ad quinquennium experimenti gratia constituit declaratque, collata Facultati potestate academicum Scientiarum Educationis BACCALAUREATUS (Scienze e Tecniche di Psicologia della Comunicazione) gradum iis alumnis conferendi, qui, præscriptum studiorum curriculum feliciter emensi, specialia pericula sub ductu et auctoritate eiusdem Facultatis in ædibus Facultatis vel Scholæ superaverint; servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXIX mensis Augusti, a. D. MMV.


PRÆFECTUS

+ J. Michael Miller CSB

A SECRETIS